

Psalmus. CXVI.

qđ redditur gratum: si de pace atq; in pace reddatur. Qui autē filij huius ancille non sunt: bellum potius qđ pacem amauerunt. Ne quis autē existimet atria domus domini: et omnē populu eius iudeos significari: qđ ita clausit iste psalm⁹ ut diceret: In me dio tui hierusalem: cuius nomine carnales israelite gloriant. Audi sequētem psalmū: qui quatuor versiculis cōtinet.

Explicit Tractatus de ps. CXV.
Incepit Tractatus de ps. CXVI.

Expositio psalmi.

Laudate dominū omnes gētes: laudate eum omnes populi. Hec sunt atria domus domini: ille omnis popul⁹ eius: hec vera hierusalē. Audiāt magis illi qui hui⁹ civitatis filii esse noluerūt: cum se ab omniū gentiūz cōmunione p̄ciderūt. **O**m̄ cōfirmata est sup nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternū. Hec sūt duo illa: misericordia et veritas: q; in centesimo tertio decimo psalmo memoriā cōmendanda cōmonui. Cōfirmata est autē sup nos misericordia dñi: cū eius nomini p; qđ liberati sumus in imicarū gentiū rabida ora cesserūt: et veritas dñi manet in eternū: siue in eis que p̄misit iustis: siue in eis que minatus est impijs.

Explicit Tractatus de ps. CXVI.
Incepit Tractatus de ps. CXVII.

Prefatio.

Aldwim⁹ fratres admonentez nos atq; hortantē spiritū sanctū: vt sacrisciū cōfessionis offeramus deo. Cōfessio autē vel laudis eius est: vel peccatorū nostroy. Et illa quidē cōfessio qua peccata nostra deo confitemur: omnib⁹ nota est: ita vt hanc solā dici confessionē in scripturis sanctis minus erudita estmet multitudine. Nam vbi hoc verbū lectoris ore sonuerit: cōtinuo strepit⁹ pius pectora tūdentiū cōsequit⁹. Sed debet aduertere quomodo dictū sit in alio psalmo: Quoniā ingrediar in locū tabernaculi admirabilis usq; ad dñm dei. In voce exultatōnis et cōfessionis soni festiuitatē celebrat⁹. Hic em̄ certe manifestū est voce confessōis et sonum: nō ad merorē penitētie: s; ad leticiā festiuitatis celeberrime p̄tinere. Aut si de tam manifesto testimonio quisq; adhuc dubitat: quid dicatur⁹ est ad illud quod in ecclesiastico scriptū est: Benedicte dñm omnia opa ipi⁹: date nomi ipius magnificētiā: et cōfitemi-

Psalmus. CXVII.

in laudē ipius in canticis labior⁹ et in citharis: et sic dicit⁹ in confessōe: qm̄ oīa opera dñi bona nimis. **H**ic certe nullus vel tardissimus ambigit cōfessionē in dei laudib⁹ ponit: nisi forte tanta est in cuiusq; mente p̄uersitas: vt dicere audeat etiā ipm̄ dominū Iesum christū peccata sua patri esse cōfessum. **N**ō si aliquis impius ppter nomē cōfessionis temptaret obſtare: facillime refelleretur ipa cōtextione verbor⁹. **S**ic em̄ loquit⁹: **C**ōfiteor inqt tibi p̄i dñe celi et frē: q; abscondisti hec a sapiētib⁹ et prudētib⁹: et ruelasti ea parvulis: ita pater quoniā sic placitū fuit corā te. **Q**uis nō eum intelligat in laude patris hec dicere: **Q**uis non videat istā confessionē nō ad dolorem cordis: sed ad gaudiū p̄tinere: cū etiā p̄cesserit euāgelistā dicens: In ipa hora exultauit ī spiritu sancto et dixit: confiteor tibi pater: **Q**uapropter carissimi quoniā nullo mō est oīo dubitandū tot cōgruentibus testimonib⁹: quorū similia in scripturis per volsip̄os p̄testis aduertere: nō tñ in peccatis: sed et in laudib⁹ dei: cōfessionē diuinis litteris soleto nomiari: **Q**uid cōgruēti⁹ in hoc psalmo quādo Alleluia cantamus: quod est laudate dominū: nos admoneri intelligim⁹ cum audimus:

Expositio psalmi.

Onitemini dño: **D**ix id ipm̄ sc̄z vt laudem⁹ deum: Non potuit laus dei breuius explicari qđ vt dicetur: **Q**uoniā bonus est: Quid sit grādius ista breuitate nō video: cum ita sit p̄p̄si deo qđ bonus est: vt a quodā compellatus ipē fili⁹ us dei cū audiret: magister bone: ab eo sc̄z q; carnē eius intuēs et diuinatatis plenitudinē nō intelligens: solū hominē arbitrabat: r̄sideret: quid me interrogas de bono: **N**emo bon⁹ nisi unus deus. **Q**uid est aliud dicere: si me bonū vis appellare intellige et deū. **S**ed qm̄ p̄p̄lo dī in p̄nūciatione futuroy liberato ab omni labore et captiuitate pegrinatiōis: et ab omni p̄mixtōne iniquoy qđ ei p̄ gratiā dei p̄stut⁹ est: nō solum nō retribuētis mala p̄ malis: sed etiā retribuētis bona p̄ malis: cōvenientissime adiunctū est. **Q**m̄ in seculum misericordia ei⁹. **D**icat autē dōminus isrl̄ qm̄ bon⁹: qm̄ in seculū misericordia ei⁹. **D**icat autē dominus aaron: qm̄ ī seculū misericordia ei⁹. **D**icat nūc tōes q̄ timet dñm: qm̄ in seculū misericordia ei⁹. **R**ecognō-

Alia līra.

t nūc.

Alia līra.

t nūc.

Alia līra.

t nō babet.

Psalmus

scitis credo carissimi que sit domus israel:
que sit domus Aaron: et quoniam vestris sunt
tumentes dominum. Ipsi enim sunt pusilli
cum magnis: iam in alio psalmo bene in-
sinuati cordibus vestris: Quorum nume-
ro nos omnes ieiunis gratia qui bonus est:
et in seculuz misericordia eius sociatos esse
gaudeamus: quoniam exaudiiti sunt qui di-
xerunt: Adhucat dominus super vos: et super fi-
lios vestros ut israelitis in christu creden-
tibus ex quoru numero sunt apostoli pres
nostris: et ad eminentiam prefectorū: et ad obe-
dientiam parvulorum adiungeref numerū gen-
tium: ut dicamus: omnes facti unus in chri-
sto: facti unus grec sub pastore uno: et cor-
Ulla fa. pus illius capitum tanq; unus homo dica-
mus. **I**n tribulatōe inuocauī do-
minū: et exaudiuit me i latitudine.
Ulla fa Angustia nostre tribulatiōis fuitur. Latitu-
dine autē quo transim⁹: non habet termi-
nū: Quis em⁹ accusabit aduersus electos
dei: **Dominus mihi adiutor iest:**
non timebo quod faciat mihi homo.
Sed nūquid homies solos habet inimicos
ecclesia: Quid est homo carni et sanguini
deditus: nisi caro et sanguis? Sed ait apo-
stolus: Nō est nobis collectatio aduersus
carnem et sanguinem: sed aduersus principes
et rectores mundi tenebrarū harū: id est re-
ctores iniquorū mundū istum diligentius:
et ppter tenebrarum: quia et nos sumus
aliqñ tenebre: nūc autē lux in dño. Aduer-
sus sp̄nalia inquit nequicie in celestibus: id
est diabolū et angelos eius: quem diabolū
alio loco dicit: principē potestatē aeris hu-
ius. Audi ergo quod sequit: **Dominus mihi adiutor: et ego despiciā inimicos meos.** Et qlibet genere inimici exur-
gant: siue ex numero malorū hominū: siue
ex numero malorū angelorū: in domini ad
iutorio despiciēt cui cōfitemur laudē: cui
cantam⁹ alleluia. Despectis autē inimicis
non sic mihi tanq; bonus homo se amicus
opponat: ut in se spem meā iubeat colloca-
nū. **Bonū est: em⁹: cōfidere in domino:**
qz cōfidere in homī. Nec quisq;
fm quēdam modū dici potest angelus bo-
nus: sic a me cogitef: ut in eo p̄fidē debeā.
Nemo em⁹ bonus nisi solus deus. Et cū vi-
dens adiuuare homo vel angelus: cuz hoc
vera dilectione faciunt: ille p̄ eos facit qui
eos p̄ modo eorū bonos fecit. **Bonū est: ergo: sperare in domino:**
qz spe-
rare in principib⁹. Nam et angeli dicti

CXVII.

sunt principes: sicut in Daniele legimus:
Michael princeps vester. **Q**ues gen-
tes circūdederūt me: et in nomine
domini vltus sum eos. **C**ircūda-
tes circūdederūt me: et in nomine do-
mini vltus sum eos. **O**ro ait: Omnes
gentes circūdederūt me: et in nomine domini
vltus sum eos: significat ecclie labores atq;
victoriā. Sed quasi causa quereref: vñ ta-
ta mala supare potuerit: respectū est ad ex-
emplū: Et dixit quid p̄mo passa sit i capite
suo addendo qd sequit: **C**ircūdantes cir-
cūdederūt me. **E**t b̄ ibi nō repetitum est:
omnes gentes: qd a iudeis solis factū est.
Et in nomine dñi vltus sum eos: quia et illuc
ip̄e pius p̄plus qd est corp⁹ christi p̄secuto-
res senserat: de cui⁹ genē caro illa suscep-
ta est: p̄ quo factū est: quicquid ab illa inter-
iore diuinitate p̄ exteriorē carnē virtute im-
mortaliter factum est. **C**ircūdederūt **Ulla fa**
me sicut apes fauū: et exarserūt si-
cut ignis in spinis: et in nomine dñi
vltus sum eos. Hic iam ex ordine ge-
starum rerum etiā verborū ordo contexit.
Nam ip̄m dominū caput ecclie: recte acci-
pimus circūdatum a p̄secutorib⁹: sicut cir-
cūdant apes fauū. Quid em⁹ ab ignorā-
tibus gestū sit: mystica subtilitate spiritus
sanctus loquit. **N**el quippe apes operant
in fauī. Pesciētes autē p̄secutores domini
fecerit ei⁹ nobis in passione dulciorē: ut gu-
stemus et videamus q̄ suavis est dñs: qui
mortuus est ppter delicta nostra: et resurre-
xit ppter iustificationē nostrā. **J**ā vō qd se-
quit: et exarserūt velut ignis in spinis: in ei⁹
corpe: h̄ ē in pplo vbiq; diffuso mel⁹ intel-
ligif: quē circūdederūt oēs gentes: cum sit
collectus de omnib⁹ gentibus. Exarserunt
quippe velut ignis in spinis: qfi peccatricē
carnē atq; bñ mortalis vite molestissimas
cōpunctiōes p̄secutiōis incēdio cremaue-
runt. **E**t in nomine inq; dñi vltus sum eos.
Que qz et ip̄i malicia q̄ in eis iustos p̄seque-
bat extincta christiano pplo sociati st. Siue
qz ceteri eorū q̄ p̄pserūt hoc tpe vocantis
misericordiā: veritatē iudicatis in fine sen-
suri sunt. **T**anq; cumul⁹ arene im-
pulsus h̄ vi cadere: et dñs suscepit
me. **Q**uis em⁹ esset iaz magna multitudo
credentū q̄si arene inumerabili cōpanda:
et in vnā societate tanq; i cumulū ducta: tñ
qd est hō nisi qd memor es eius: Nō dixit
abūdantiā numeri mei. Numer⁹ gentiū su-
pare nō valuit: s̄ domin⁹ inq; suscepit me.

CIVI
Psalmus

Multitudine ergo fidelium in unitate fidei simul habitantem: psecutio gentilium quo impelleret ut deinceperet non habebat quādo in eum creditum est: qui et singulos et oēs vbiq; suscipit: q̄r eis iuocatib; nūsc̄ deesse potuisse. **¶** Fortitudo mea et laudatio mea dñs: et factus est mihi in salute. Qui ergo cadunt cū impellūt: nisi qui sua sibi fortitudine sua sibi volunt esse laudatio. Nullus q̄ppe in certamie cadit: nisi cui fortitudo et laudatio cadit. Quapropter cui fortitudo et laudatio ē dñs: tā nō cadit q̄b nō cadit dñs. Et iō eis factus est in salute: non q̄ ipse aliquid factus ē qd ante nō erat: sed q̄ ipi cū in eis crederent qd nō erat facti sunt: et tā ipse nō sibi: sed illis qd auersis a se nō erat: sal⁹ cepit esse cōuersis. **¶** Vox leticie et salutis in tabernaculis iustorum. Vbi vocē meritis et exitiū putabāt esse q̄ i eorū corpora seuebāt. Nō enim sentiebant interiora gaudia sanctorum de spe futura. Unū et apostolus dicit: Quasi tristes: semp aut gaudētes. Et iterū: Nō solū aut si etiā gloriāmur inquit in tribulationib;. **¶** Duxterā dñi fecit virtutē: Quā virtutē dicit: Duxterā: inquit: domini exaltauit me. Magna virtus exaltare humilem: deficare mortalem: p̄bere de infirmitate pfectiōnē: de subiectioe glām: de passiōe victoriā: dare auxiliū de tribulatiōe: ut afflicti vera salus dei patesceret: affligenib; autē vanā salus hominis remanceret. Magna h̄: qd miraris si aliqd repetat: Audi qd repeatat. Nō hō se exaltauit: nō hō se pfectit: nō sibi homī glāz dedit: nō hō vicit: nō hō sibi saluti fuit. Duxterā dñi fecit virtutē. narrabo. **¶** Nō moriar sed viviam: et enarrabo opa domini. At illi stragē funerum vbiq; facientes: ecclesiam christi mori arbitrabāt. Ecce nūc enarrat opa dñi: Vbiq; christus beatorū martyrum glā est. Elicit vapulādo serientes: patiēdo ipatiētes: diligendo seuientes. Tā cur tanta indigna pculit corp⁹ christi: sc̄tā ecclesia: plus i adoptionem: indicet nob̄. **¶** Emendans: inquit: emēdauit me domin⁹: et morti non tradidit me. Nō ergo quicq; virib; suis licuisse arbitretur fremitus impiorū: Nō haberet istā potestatem nisi sibi data esset de super. Sepe filios paterfamilias p nequissimos seruos emēdari iubet: cū illis hereditate: illis cōpedes preparat. Que ē ista beatitas: Auri est: an argenti: an gēmarū: an fundorū: amenorumq; prediorū: Vnde

CXVII.

qua intrek: et cognosce quid sit. **¶** Aperte: inquit: mihi portas iusticie: Ecce audiim⁹ portas: qd ē int̄: Ingressus: inquit: in eas cōfitebor domino. Illa cōfessio laudis est admirabilis usq; ad domum dei: in voce exultationis et confessiois: soni festivitatē celebrantis. **¶** Hec est eterna beatitudo iustorum: quia beati sunt qui inhabitat in domo dei: in secula seculorum laudantes eum. Sed vide quēadmodū intretur i portas iusticie. **¶** De porte domini: inquit: iusti intrabunt in eas. Has saltē nemō intrat iniustus: in illā hierā que nō recipit incircūcisum: ubi dicit: Canes foris. Satis sit quod in longinqua peregrinatio mea inhabitaui cum tabernaculis cedar: et cum his qui oderint pacem eram pacificus. Pertuli usq; in finem punctionem malorū: sed he portae domini: iusti intrabunt in eas. **¶** Confitebor tibi dñe quoniam exaudiisti me: et factus es mihi in salutem. Q̄ sepe ostendit laudis esse ista cōfessio: nō vulnera medico ostendens: sed de pcepta sanitatis gratias agens. Ipse autē medicus salus est: **¶** Ecce istū quē dicim⁹: **¶** Lapidem quē reprobauerūt edificantes: Nam: Hic factus est in caput anguli. Ut duos concideret in se in unum nouū hominē faciens pacē: et cōmutaret vtrōq; in uno corvore deo: circūcisionem sc̄z et pputū. **¶** A domino factū est id: Id est capiti anguli a dño fact⁹ est. Nevis em hoc non esset factus: nisi passus esset: nō tamē hoc ab eis a quib; passus est factus est. Nam illi qui edificabant reprobauerūt: sed in eo quod dñs occulite edifica bat: fecit in caput anguli qd illi reprobauerūt. **¶** Et est mirabilis in oculis nostris: In oculis interioris hominis: in oculis credentium: sperantium: diligentium: non in oculis carnalib; eorū qui quasi hominē cōtemnēdo reprobauerūt. **¶** Hic est dies quē fecit dñs: Deminit iste hō se dixisse in superiorib; psalmis: Qm̄ inclinavit au rem sua iuocauit: et in diebus meis inuocauit: dies suos cōmemorās veteres. Unde mō dicit: Hic ē dies quē fecit dñs: id est q̄ misericordia salutē dedit. **¶** Hic est dies de quo dixit dominus: Tempore acceptibili exaudiui te: et i die salutis adiui te: id ē dies de q̄ ille me dicator fact⁹ ē i caput anguli. Exultem⁹ ergo: et locūdemur in eo. **¶** O dñe salutū me fac: o dñe bene p̄spērare. Iterū vō q̄r dies salutis est: salutū me fac:

Psalmus

quia de longinqua pegrinatione reuerten-
tes se fugimur ab eis qui oderant pacem cu[m]
quibus eramus pacifici: et cu[m] loqueremur
eis debellabat nos gratis: b[ea]tū p[ro]sp[er]are iter
redeuntibus: quia tu nobis factus es via. Be-
neditus: em[ph]asi: qui venit in nomine
domini: **A**dalaictus ergo ille qui venit
in nomine suo: sic in euāgelio dicit: Ego veni
in nomine patris mei et non accepistis me: si
alius venerit in nomine suo illuz accipietis.

Alla fa.
t vobis.

Benediximus vos de domo dñi:
Credo quod ista vox magnorum est ad pul-
los: eorum scilicet magnum qui verbū deū
apud deli: sicut in hac vita possunt mente
tingunt: et tamē sermonē suum ppter par-
uulos temperant: ut possint sinceriter dice-
re quod ait apostolus: Sive enim mente ex-
cessimus deo: sive tempantes sumus vobis.
Caritas enim christi cōpellit nos. Ipsi enim
paruulos benedicūt de interiorē domo do-
mini: ubi laus illa in secula seculorū nō de-
ficit. Et ideo videte quid inde annūciant.
Deus dominus et illuxit nobis. Do-
minus ille qui venit in nomine domini: quez
reprobauerit edificantes: et factus est i ca-
put anguli. **M**ediator ille dei et hominū hō
christus Jesus deus est: equalis est patri et
illuxit nobis: ut quod credidimus intelligere
mus: et vobis nōdū intelligētibus: sed iam
credentibus enūciaremus. Ut autē et vos
intelligatis. **C**onstituite diem festū
in cōfrequētationib[us]: v[er]o q[uod] ad cor-
nu altaris. Id est v[er]o ad interiorē do-
mū dei: de qua vos benediximus: ubi sunt
altaria excissa: **C**onstituite diem festū nō te-
pide ac segniter: sed in cōfrequētationib[us].
Ipsa est enim vox exultationis soni festiuita-
tem celebrantis: ambulantiū in loco taber-
naculi admirabilis v[er]o ad domuz dei. Si
enim est ibi spūiale sacrificiū sempiternū: sa-
crificiū laudis: et sacerdos sempiternus est: et
altare sempiternū: pacata mens ipsa iusto-
rum. **H**oc apertius dicimus fratres: qui
cūq[ue] deum verbū intelligere volunt: nō eis
sufficiat caro quod propter eos verbū factum
est: ut lacte nutritur: nec in terra sufficiat
iste dies festus quo agnus occisus est: sed
constituas in cōfrequētationib[us]: quousq[ue]
quemias: exaltatis a domino mentibus no-
stris v[er]o ad eius diuinitatē interiorē: qui
nobis exteriorē humanitatē lacte nutrien-
dis p[ro]bere dignatus est. **N**isi laudes eius cantabim[us]: Quid ibi aliud
dicemus: nisi **D**eus meus es tu et

CXVIII.

confitebor tibi: deus meus es tu et
exaltabo te. **C**onfitebor tibi domine
quoniam eraudisti me: et fac[et] es mihi
in salutem: Non strepitu verboꝝ ista
dicimus: sed dilectio inberens illi p[ro] semet-
ipsaz clamat ista vocem: et dilectio ipsa vox
est. Itaq[ue] sicut cepit laudem ita terminat.
Confitemini domino quoniam bo-
nus: quoniam in seculu[m] misericordia
eius. Hunc cepit psalmus: huc desinit: quia
sicut ab initio quod deseruimus: ita in finem
quo redimus nō est aliqd quod salubrius de-
lectet: q[ui] laus dei et semp[er] alleluia.

Explicat Tractatus de ps. CXVII.
Incepit Tractatus de ps. CXVIII.

Proemium.

DSalmos omnes ceteros quos co-
p[er] dicem psalmorū nouimus conti-
nere: quod ecclesie cōsuetudine psal-
terium nūcupatur: partim sermocinādo in
populis: partim dictando exposui donāte
domino: sicut potui. **P**salmu[m] vo[ce] centesi-
mu[m] octauū decimū: non tam ppter eius no-
tissimā longitudinē: q[ui] propter altitudinē
paucis cognoscibilem differebam. Et cu[m]
molestissime ferrēt fratres mei: eius solius
expositionem q[ui]tum ad eiusdem corp[us] psal-
mu[m] pertinet deesse opusculis nostris: meq[ue]
ad hoc soluendū debitum vebementer vr-
gerent: diu petentib[us] ubentibusq[ue] nō cessi:
Quia quotiescūq[ue] inde cogitare temptauit
semp[er] vires nostre intentiōis excessit. Quā-
to enim videtur apertior: tanto mibi profun-
dior videri solet: ita ut etiā q[ui] sit p[ro]fundus
demonstrare non possum. Aliorum quippe q[ui]
difficile intelligunt: etiam si in obscuritate
sensus latet: ipsa tamē appetit obscuritas:
huius aut nec ipsa: Quoniam talem p[ro]bet sup-
ficiem: ut lectorem atq[ue] auditorem: non ex-
positorē necessariū habere credit. Et nūc
q[ui] tandem ad p[ro]tractationē eius accedo q[ui]
in eo possim p[ro]lus ignoro. Espero tamē ut
aliquid possim affuturum atq[ue] adiutoriem
deum. Sic enim feci de omnibus quæcūq[ue]
sufficienter: cum prius mibi ad intelligen-
dum vel explicandū difficultia ac pene un-
possibilia viderent exposui. Statui autem
per sermones id agere: qui p[ro]ferunt in po-
pulis: q[ui] greci o[ri]gia vocat. Hoc enim
iustus esse arbitror: ut cōuentus ecclesie-
sticū non fraudent etiam psalmi huius intel-
ligentia: cuius ut aliorū delectari assolēt can-
tilena. Sed sit hucusq[ue] proemiu[m]. **I**ā de ipso
est loquēdū: de q[ui] istic vīsum est p[ro]loquēdū.